

8^(a). — Particiaci, qui Baduarii^(b) appellati^(c) sunt, tribuni anteriores fuerunt et ypeti imperiali^(d) honore fruebantur: de Papia-
venerunt et sapientes ac benevoli omnes erant^(e), unde factum ut
ab omni^(f) Veneticorum^(g) populo laudarentur^(h) perpetualiter ex
illorum prole duces⁽ⁱ⁾ esse.

Candiani de Candiana parte venerunt^(k); tribuni ante fuerunt,
similiter benivoli omnes, sed protervi in bello et de personis
magni.

Maçoyli ab ignorantia^(l) dicti sunt, de Este venerunt; Ysto-
yoli^(m) appellati sunt; tribuni ante fuerunt et sapientes ac elati
nimium.

Barbolani de Parma venerunt; tribuni ante fuerunt et sapientes,
cum omnibus gaudentes et locupletes⁽ⁿ⁾.

Cencanici, Centranici appellati sunt, de Cesena venerunt; tri-
buni ante fuerunt^(o), concupiscentes et sapientes ac potentes.

Benigni^(p), qui appellati sunt Silvi, de Bergamo^(q) venerunt;
tribuni ante fuerunt; erant omni bonitate perspicui et argumentosi
nimium^(r) et blandi.

Mastalici de Reço venerunt; tribuni ante fuerunt, sed mendaces
et stulti et concupiscentes et^(s) ecclesiarum edificatores.

Bagi^(t), qui appellati sunt Benati, tribuni ante fuerunt, sed pro-
tervi de voluntate ac sapientes, et ecclesias edificaverunt.

Mauroceni de Mantua venerunt; tribuni ante fuerunt, sed pro-
tervi de voluntate et bellatores fortes^(u).

Grausoni de Garda venerunt; tribuni ante fuerunt, sapientes
naturaliter, placentes omnibus et dilecti ab omnibus.

Gardocus Gardolicus de veteri Aquilegia venerunt; tribuni ante
fuerunt^(v) et argumentosi nimium, sed Veneticus populus exorta-
tione istorum Gradensem civitatem^(x) edificavit, et a nomine isto-
rum civitas illa Gradus^(y) vocatur.

(a) *D fa precedere la didascalia*: Nomina tribunorum et civium Venetiorum, qui
exierunt de nova Civitate et Exulo (b) *S* Badoarii (c) *V* apel. e così di seguito.
(d) *V* imperialis (e) *V* erunt (f) *D* oni (g) *D* *V* Venetiorum (h) *V* lauda-
retur *D* lauderetur (i) *D* illo pile duos (k) *D* venerunt parte (l) *D* ignorantia
(m) *S* Istoili (n) *S* locuplectis *V* locupletes (o) *D* om. de - fuer. (p) *S* Beligni
(q) *V* Bergamum (r) *S* nimis (s) *S* ac (t) *S* Magi (u) *S* in bello fortes
(v) *S* om. sapientes - fuerunt (x) *V* civitatis (y) *D* Gradum